

MASS PROPER: EMBER FRIDAY IN ADVENT

MASS (*Prope es Tu*) (violet)

INTROIT Psalms 118: 151-152

Prope es Tu, Dómine, et omnes viæ tuæ véritas: iníitio cognóvi de testimóniis, quia in ætérnum tu es. (Ps. 118: 1) Beáti Immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Prope es Tu, Dómine, et omnes viæ tuæ véritas: iníitio cognóvi de testimóniis, quia in ætérnum tu es.

COLLECT

Éxcita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut hi, qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítius adversitate liberéntur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isaiah 11: 1-5

Hæc dicit Dóminus Deus: Egrediétur vírga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiêscet super eum spíritus Dómini: spíritus sapiéntiæ, et intelléctus, spíritus consilii, et fortitúdinis, spíritus sciéntiæ, et pietátis; et replébit eum spíritus timóris Dómini. Non secúndum visiónem oculórum judicábit: neque secúndum audítum áurium árguet: sed judicábit in justítia páuperes, et árguet in æquitáte pro mansuétis terræ: et percútiet terram vírga oris sui, et spírítu labiórum suórum interfíciét ímpium. Et erit justítia cíngulum lumbórum ejus: et fides cinctórium renum ejus.

Thou art near, O Lord, and all Thy ways are truth: I have known from the beginning concerning Thy testimonies, and Thou art forever. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way; who walk in the way of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou art near, O Lord, and all Thy ways are truth: I have known from the beginning concerning Thy testimonies, and Thou art forever.

Stir up, O Lord, Thy might, we beseech Thee, and come; that these who trust in Thy kindness and love, may the more speedily be delivered from all adversity. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thus saith the Lord God: There shall come forth a rod out of the root of Jesse, and a flower shall rise up out of his root. And the Spirit of the Lord shall rest upon Him: the spirit of wisdom and of understanding, the spirit of counsel and of fortitude, the spirit of knowledge and of godliness, and He shall be filled with the spirit of the fear of the Lord. He shall not judge according to the sight of the eyes, nor reprove according to the hearing of the ears. But He shall judge the poor with justice, and shall reprove with equity for the meek of the earth: and He shall strike the earth with the rod of His mouth, and with the breath of His lips He shall slay the wicked. And

GRADUAL Psalms 84: 8, 2

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam: et salutáre tuum da nobis. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob.

GOSPEL Luke 1: 39-47

In illo tempore: Exsúrgens María ábiit in montána cum festinátione in civitátem Iuda: et intrávit in domum Zachariáe, et salutávit Elísabeth. Et factum est, ut audivit salutatióne[m] Mariáe Elísabeth, exsultávit infans in útero ejus: et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth, et exclamávit voce magna, et dixit: Benedícta tu inter mulieres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut véniat Mater Dómini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta, quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María: Magnificat anima mea Dóminum: et exsultávit spíritus meus in Deo, salutári meo.

OFFERTORY Psalms 84: 7-8

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te: osténde nobis; Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

SECRET

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibú[s]que suscéptis: et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

justice shall be the girdle of His loins: and faith the girdle of His reins.

Show us, O Lord, Thy mercy, and grant us Thy salvation. Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob.

At that time Mary rising up went into the hill country with haste into a city of Juda: and she entered into the house of Zachary, and saluted Elizabeth. And it came to pass, that when Elizabeth heard the salutation of Mary, the infant leaped in her womb: and Elizabeth was filled with the Holy Ghost: and she cried out with a loud voice, and said: Blessed art thou among women, and blessed is the fruit of thy womb. And whence is this to me, that the mother of my Lord should come to me? For behold as soon as the voice of thy salutation sounded in my ears, the infant in my womb leaped for joy. And blessed art thou that hast believed, because those things shall be accomplished that were spoken to thee by the Lord. And Mary said: My soul doth magnify the Lord: and my spirit hath rejoiced in God my Savior.

Thou wilt turn, O God, and bring us to life, and Thy people shall rejoice in Thee: show us, O Lord, Thy mercy, and grant us Thy salvation.

O Lord, receive, we beseech Thee, our gifts and prayers: and both cleanse us by these heavenly Mysteries, and mercifully hear us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisísti: cujus véritas instrúeret íncios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió[n]ibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Zechariah 14: 5-6

Ecce Dóminus véniet, et omnes sancti ejus cum eo: et erit in die illa lux magna.

POSTCOMMUNION

Tui nos, Dómine, sacramé[n]ti libátio sancta restáuret: et a vetustáte purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, to justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Behold the Lord shall come and all His Saints with Him: and there shall be in that day a great light.

May the holy receiving of Thy Sacrament, O Lord, revive us, and, cleansing us from our former life, enable us to pass to the fellowship of Thy saving Mystery. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.